

Kleinere Mitteilungen.

Handschriftliches aus dem Vat. Archiv zur Geschichte des 14. Jahrhunderts.

Fortsetzung (vergl. H. 2, S. 81).

X. Zur Geschichte der Kriminaljustiz und des Gefängniswesens am päpstlichen Hofe in Avignon.

Auf die richterlichen Befugnisse des päpstlichen Kamerars sowie des auditor camere in Civil- wie in Kriminalen ist schon verschiedentlich hingewiesen worden. Dass auch der Vicekanzler jurisdiktionelle Vollmachten besass, ist ebenfalls bekannt.¹

Die Stellung des marescallus iustitiae kennzeichnet kurz eine von Haller veröffentlichte Aufzeichnung aus dem 13. Jahrhundert²: „Ipse vero marescallus debet reddere iustitiam omnibus curialibus excepto de familiaribus domini, dominorum cardinalium, camerarii, prelatorum et aliorum clericorum de curia, de quibus non consuevit se intromittere, nisi de mandato domini et habet merum et mixtum imperium“. In all diesen Fällen handelt es sich aber immer nur um gelegentliche Hinweise. Ueber die Ausdehnung und Scheidung der Befugnisse besonders bei Bestrafung der Kurialen im späteren Mittelalter sind wir noch fast völlig im Unklaren.

Einen tieferen Einblick gewährt nun hier ein ausserordentlich interessantes und inhaltreiches Register, in dem alle jene verzeichnet stehen, die „tam de mandato . . . domini pape quam de mandato dominorum vicecancellarii, summi penitentarii et domini camerarii vel eius auditoris“ in den Jahren von 1344—1355 incarcerated waren. Es ist dies Cod. Arch. Vat. Coll. 50 Fasz. III. fol. 1—65. Die Eintragungen sind auf den ersten Seiten bis f. 80 inhaltsreicher als auf den letzten, aber wohl als erledigt durchgestrichen. Das Register beginnt fol. 1:

¹ Vergl. u. a. B a n g e n, Römische Kurie S. 298 ff., 351 ff. G o t t l o b, Aus der camera apostolica (Innsbruck 1889) S. 82 ff. Kirsch, in Mélanges Paul Fabre (Paris 1902) 390 ff.; meine Angaben in Röm. Quartalschrift XVI. (1902) S. 415 ff.

² Quellen und Forschungen des pr. h. Jnst. I. 16.

1344 die 8 mensis madii.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem Domini nostri Jhesu Christi 1344 die, 8 mensis madii, die sabati pontificatus sanctissimi patris et domini divina providentia domini Clementis pape VI anno secundo. Nobilis vir Stephanus de la Gahanna domicellus Lemouicensis dyocesis constitutus et ordinatus per predictum dominum Clementem custos et dominus ipsius carceris domini Clementis pape accessit personaliter ad dictum carcerem, ubi et in quo custodiuntur carcerati tam de mandato eiusdem domini nostri pape quam de mandato dominorum vicecancellarii, summi penitentiarii et domini camerarii vel eius auditoris cum domino auditore camere et dominis Johanne Maurelli, Petro Cialtardi, Raymundo Mercerii, magistro Johanne Dominici et magistro Matheo de Prato et ibidem in presentia omnium predictorum et aliorum plurium ibidem adstantium prefatus dominus Stephanus de Pinu abbas secularis ecclesie Dauratensis tunc auditor generalis sacri palatii domini nostri pape ipsum nobilem virum Stephanum de la Ganna (*sic*) introduxit et misit in possessionem predicti carceris domini nostri pape ac eidem Stephano infrascriptos carceratos, qui ibidem tunc erant arrestati tam pro parte eiusdem domini Stephani de Pinu auditoris generalis sacri palatii domini nostri pape quam pro dominis vicecancellario, Gaucelmo (!) Johannis summo penitentiario et pro domino camerario domini nostri pape, nominatim assignavit custodiendos, videlicet in primis pro parte ipsius domini auditoris camere fuerunt viginti quattuor et pro domino vicecancellario fuerunt octo et pro domino Ga[ucel]mo Johannis unum(!) et pro domino Aymo[n]e unum(!), et sic sunt in summa trigintaquattuor, qui omnes nominatim et expresse ponentur in secunda carta huius libri per ordinem.

Darauf folgt ein Verzeichnis der für den Strafvollzug erforderlichen Werkzeuge:

fol. 1v.

1344 die 11 mensis madii.

Ista sunt instrumenta ferrea et alia, que fuerunt reconsignata supradicta die et anno nobili viro Stephano della Ganna per magistrum Matheum de Prato et per Guillelmum de Causs(is), que erant ad usum ipsius carceris domini nostri pape. In primis

18 ferra ad ponendum carceratos in compedibus.

4 cathene, cum quibus ducuntur illi qui sunt dampnati ad carcerem.

Una cathena longa, cum qua ducuntur carcerati ad sententiam.

Decem magnotte de ferro.

Unus malleus et una ymcus cum uno puntone ad regulandum ferra.

Tres sere cum vectibus et caluibus ad firmandum cippos in nocte.

Una parva sera ad firmandum magnottas.

Una scala longa.

Duo cippi vel nervi lignei, ubi ponuntur carcerati in die et nocte, in quibus intrant 16 homines.

Una corda cum una polliglia, ubi questionantur homines.
Unum collare et una cathena de ferro pro hominibus.

Die Eintragungen enthalten den Namen und die Herkunft des Delinquenten, zumeist den Gegenstand der Anklage bezw. die Art des Deliktes, häufig die Angabe, dass die Ueberführung „ad carcerem de curia marschalli“ erfolgt sei. Regelmässig ist angeführt, auf wessen Befehl dies geschah. Je nachdem z. B. die Fälschung von Briefen und Urkunden die Kanzlei oder die Kammer oder auch die Poenitentiarie betraf, erfolgte die Strafsentenz durch den Vizekanzler, den Kamerar oder den Grosspoenitentiar oder deren auditores. Nicht selten auch durch den, „locumtenens auditoris“. Wohl am häufigsten lautet die Anklage auf Fälschung von Urkunden: de falsis bullis, — quod falsificavit sigillum, de falsa grossa, de falso instrumento. Nicht selten auch „de furto, de cisione bursarum“ oder um einige andere Beispiele hervorzuheben „de quodam falso conquestu, de homicidio, de falsificatione monete, de vulneratione“ u. a. Vielfach handelte es sich nur um vorläufige Haft; der Angeklagte wurde entlassen, musste aber eventuell sehr hohe Caution stellen und versprechen „se presentare coram domino auditore, quandocunque dominus auditor vellet“ oder „stare iuri et comparere diebus et oris sibi assignandis, et quod non exiret de Romana curia sine eorum licentia“. Hierüber wurde dann gewöhnlich ein Akt aufgenommen. Bisweilen folgte auch auf die Incarcerierung teilweise oder vollständige Verbannung von der Kurie¹. — Auf weitere Einzelheiten soll hier nicht eingegangen werden. Das Register hat einen hohen kulturgeschichtlichen Wert und verdiente baldigst publiziert zu werden. Um einen Einblick in dasselbe zu geben, lasse ich hier einige die Kammer, Poenitentiarie und Kanzlei betreffende Stellen folgen:

1. (fol. 2) Dominus Guillelmus de Sancto Paulo olim regni Sicilie domini pape recollector fuit ductus ad carcerem de palatio apostolico de mandato domini camerarii domini nostri pape die 24. mensis aprilis anno Domini 1342 et imponuntur sibi multa per cameram; tamen nunc causa sua est commissa per dominum nostrum papam episcopo Carnotensi, coram quo dedit cautionem de representatione persone et stando iuri, in quantum tangit factum camere.

Item est condempnatus per dominum auditorem camere ad standum in carcere per unum annum, postquam a camera fuerit expeditus, occasione furti 25 florenorum auri facti per eum in dicto carcere et ad restituendum dictos 25 florenos auri.

¹ So z. B. f. 2^v. Joh. Crussodi . . . accusabatur de furto de duobus calicibus, habet sententiam, debet restituere 14 flor. auri cuidam Lombardo et stare per duos annos in carcere, et est exbannitus de curia Romana in perpetuum sub pena perpetui carceris.

Fuit absolutus predictus Guillelmus de sententia predicta penitus et fuit relaxatus a carcere die penultima mensis ianuarii anno Domini 1345 de mandato domini auditoris camere.

Magister Michael fecit instrumentum sue liberationis. Solvit pro carcere; Johannes accepit florenum¹.

2. (fol. 6) Raynerius Bagliet Alamannus Lubicensis dyocesis fuit ductus ad carcerem de mandato domini Gaucelmi Johannis summi penitentiarii domini nostri pape die 16. mensis martii anno Domini 1344, et accusatur de falsis litteris penitentiarie.

Fuit relaxatus predictus Raynerius de mandato auditoris domini Gaucelmi Johannis per dominum Bernardum auditorem die 23. mensis iunii anno Domini 1344 et promisit stare iuri predicti domini Gaucelmi Johannis. Fecit autem instrumentum liberationis sue magister Johannes de Parage, notarius penitentiarie et notarius apostolicus, et solvit pro carcere.

3. (fol. 6^v) Isti sunt carcerati de mandato domini vicecancellarii assignati die et anno nominatis in prologo huius libri per dominum auditorem camere in dicto carcere. In primis

Frater Bartholus Vannis monachus monasterii sancti Salvatoris de Septimo Cysterciensis ordinis venit de monasterio ad Romanam curiam ad preceptum domini pape Benedicti et postea, dum ipse fuit in curia Romana, venit ad carcerem de mandato domini vicecancellarii pro quibusdam litteris in Romana curia impetratis per quemdam procuratorem suum ipso existente Florentie die 10. mensis madii anno Domini 1342.

Fuit relaxatus predictus frater Bartholomeus per auditorem domini vicecancellarii de mandato predicti domini vicecancellarii die 12. mensis iunii anno Domini 1346 et dedit fideiussorem stare iuri et comparere diebus et oris sibi as[s]ignandis et quod non exiret de Romana curia sine licentia domini predicti et hoc sup^r (sic) pena mille marcarum argenti. Dominus Petrus de Bosco fecit instrumentum sue liberationis. Nicholaus de Senis fuit fideiussor pro eo de floreno quem debet pro carceraggio.

(fol. 6^v) Johannes Vuldemarii Alamannus Slesuicensis dyocesis fuit ductus ad carcerem de mandato domini abbatis de Sancto Florentio locumtenentis domini vicecancellarii die 18. mensis octobris anno Domini 1342, et accusatur de falsa grossa.

Predictus Johannes fuit relaxatus de mandato domini vicecancellarii die 22. mensis octobris anno Domini 1344 et non dedit ei aliquam sententiam, quia ignos[c]ens erat, nichil solvit pro carcere, quia non habebat de quo. Magister Arnaldus, qui erat camerarius domini vicecancellarii fecit instrumentum sue liberationis.

E. G ö l l e r.

¹ „solvit-florenum“ von anderer Hand, ebenso die Abschnitte „fuit relaxatus.“